Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26011
Copyright: Admont, Benediktinerstift

se incarnationem immortalem faciendo hominem. quem amor
tali homine susceperat. Quid per aquam. nisi baptismatis. qd per
pluuiam. nisi fons ei de baptismatis figurabatur. Et quia
pedes pulueres trahunt. necesse est ut lauentur. et per eos de pe
des sensus figurari cognoscamus. Opus est ergo ut laua domini sen
sus predicatoris. quia per cogitationes uanas et inlicitas sordi
dantur. ut mundi fiant. Deinde subiunctum est. Venit ergo ad Sy
monem petrum. Quasi aliquibus iam lauissent. et post eos uenisset ad
primum. Quis enim nesciat primum apostolorum et beatissimum petrum.
Sed hinc ita intellegendum est. qd post aliquos ad illum uenire. sed
qd ab illo cepertur. Qd ergo pedes discipulorum lauare cepit.
uenit ad eum atque cepit. id est ad petrum. Et tunc petrus nequis
libet eos expauisset. expauit atque ait. Domine. tu mihi lauas pedes.
Non lauabis mihi inquit pedes in eternum. Quid enim. Nunq.
hoc fieri. nunq. patiar. nunquam sinam. Quippe hoc in eternum
non fit. qd nunq. fit. Cum saluator egrum reluctante de ipsius
salutis periculo exterrens. sin lauero te inquit. non habebis
partem mecum. Ita dictum est. Sin lauero te. cum de solis pedibus agere
ret. quomodo dici solet calcas me. quando sola palma cal
cat. At ille amore et timore turbatus. et plus expauescens
xpm sibi negari quam usque ad pedes suos humiliari. dnc ait.
non tantum pedes meos. sed et manus et caput. Quando quidem
sic minaris. lauanda et membra non solum et illa subtraho. ue
rum aliam primo substerno. Ne mihi neges capiendam tecum partem.